

DIEM NATALEM

AVGVSTISSIMI ET POTENTISSIMI PRINCIPIS

G V I L E L M I I I

IMPERATORIS REGIS

AB

ACADEMIA MARPVRGensi

DIE XXVII. M. IANVARII ANNI MDCCCLIII HORA XI

ORATIONE IN VNIVERSITATIS AVLA HABENDA

CELEBRANDVM

INDICIT

THEODORVS BIRT

PHIL. DR. PHILOLOGIAE ET ELOQVENTIAE P. P. O.  
SEMINARI PHILOLIGI DIRECTOR HVIVS ACADEMIAE H. A. RECTOR

*Inest Catalogi studiosorum Marpurgensium cum annalibus coniuncti series recentior,  
fasciculus primus annos 1653, 1654, 1655 complectens.*

M A R P V R G I

TYPIS ACADEMICI ROBERTI FRIEDRICH.

anno 1527 salutis, et anno 1528 studiorum, et anno 1529 iuris, et anno 1530 medicinae, et anno 1531 philosophiae, et anno 1532 theologiae, et anno 1533 medicinae, et anno 1534 philosophiae, et anno 1535 theologiae, et anno 1536 medicinae, et anno 1537 philosophiae, et anno 1538 theologiae, et anno 1539 medicinae, et anno 1540 philosophiae, et anno 1541 theologiae, et anno 1542 medicinae, et anno 1543 philosophiae, et anno 1544 theologiae, et anno 1545 medicinae, et anno 1546 philosophiae, et anno 1547 theologiae, et anno 1548 medicinae, et anno 1549 philosophiae, et anno 1550 theologiae, et anno 1551 medicinae, et anno 1552 philosophiae, et anno 1553 theologiae, et anno 1554 medicinae, et anno 1555 philosophiae, et anno 1556 theologiae, et anno 1557 medicinae, et anno 1558 philosophiae, et anno 1559 theologiae, et anno 1560 medicinae, et anno 1561 philosophiae, et anno 1562 theologiae, et anno 1563 medicinae, et anno 1564 philosophiae, et anno 1565 theologiae, et anno 1566 medicinae, et anno 1567 philosophiae, et anno 1568 theologiae, et anno 1569 medicinae, et anno 1570 philosophiae, et anno 1571 theologiae, et anno 1572 medicinae, et anno 1573 philosophiae, et anno 1574 theologiae, et anno 1575 medicinae, et anno 1576 philosophiae, et anno 1577 theologiae, et anno 1578 medicinae, et anno 1579 philosophiae, et anno 1580 theologiae, et anno 1581 medicinae, et anno 1582 philosophiae, et anno 1583 theologiae, et anno 1584 medicinae, et anno 1585 philosophiae, et anno 1586 theologiae, et anno 1587 medicinae, et anno 1588 philosophiae, et anno 1589 theologiae, et anno 1590 medicinae, et anno 1591 philosophiae, et anno 1592 theologiae, et anno 1593 medicinae, et anno 1594 philosophiae, et anno 1595 theologiae, et anno 1596 medicinae, et anno 1597 philosophiae, et anno 1598 theologiae, et anno 1599 medicinae, et anno 1600 philosophiae, et anno 1601 theologiae, et anno 1602 medicinae, et anno 1603 philosophiae, et anno 1604 theologiae, et anno 1605 medicinae, et anno 1606 philosophiae, et anno 1607 theologiae, et anno 1608 medicinae, et anno 1609 philosophiae, et anno 1610 theologiae, et anno 1611 medicinae, et anno 1612 philosophiae, et anno 1613 theologiae, et anno 1614 medicinae, et anno 1615 philosophiae, et anno 1616 theologiae, et anno 1617 medicinae, et anno 1618 philosophiae, et anno 1619 theologiae, et anno 1620 medicinae, et anno 1621 philosophiae, et anno 1622 theologiae, et anno 1623 medicinae, et anno 1624 philosophiae.

Catalogi studiosorum Marpurgenium una cum annalibus academicis qui ordiuntur ab anno salutis 1527 pertinentque ad annum 1624, id est a tempore quo condita est antiqua academia Philippina usque ad finem quo primum cessavit, editi sunt a Carolo Julio Caesare venerabilis memoriae viro ita ut longa continuatione per seriem horum programmatum trahantur quibus Imperatoris ac Regis dies natalis celebrandus indici solet. Sunt autem ea in lucem emissa annis ab 1872 ad 1885; accessit supplementum studiosos annorum 1629—1636 sive aevi et interregni Darmstatini complectens, id quod Ferdinandus Justi collega illustrissimus eo libello quo ipse tum rector ad successoris spectandam introductionem invitabat a. 1888 mense Novembri curavit. Deinde vero hacc opera quamvis utilis conquevit: nisi quod ad tot indices novus index mox accessurus est. Nam nomina illa iuvenum et professorum plane innumerabilia temporis ordine per tot libros dispersa et magis ibi latitantia quam ad usum parata per litteras denuo disponet vix doctissimus et his de rebus meritissimus Guilelmus Falckenheiner olim Caesaris adjutor, isque index alphabeticus magnae molis opus quod propediem prelo dabitur, regii huius academiacae curatoris, viri maxime reverendi, providentiae et liberalitati debitum erit.

Ego vero ex quo horum programmatum curam sustineo, usque adhuc collegis amicis libenter ea utenda concessi acceperuntque Benedictus Niese, Eduardus Schroeder viri egregii vacuam hanc studiorum harenam, ubi vel antiqui Iosephi epitomen ineditam vel serae aetatis comoedias latinas in conspectu ponere possent. Schroederus vero postquam cum magno nostro detimento hanc sedem doctrinae reliquit, cum fabulas incundissimas iam cessare viderem et circumspicere coepisset tantae iacturae compensationem, ecce Conradus Varrentrapp amicus ad intermissam Caesaris operam persequendam ea me pietate propulit ut persuaderet. Iam igitur editurus sum iuvenum, qui Marpurgi ius academicae reipublicae consequenti sunt, catalogos una cum annalibus eos qui tendunt a tempore instauratae universitatis et ita quidem, ut primo hoc quem emitto libello annorum 1653 et 1654 et 1655 nomina comprehendam. Spero autem futurum esse ut fructum gratum inde capiat et is qui huius academiacae historiae operam daturus est

et ille qui in nominum gentiliorum cognitionem et qui in origines et vitas hominum doctorum est inquisiturns. Cum vero rerum saeculi XVII tractandarum imperitorem me esse persentirem, animum mihi confirmarunt, viam complanarunt, auxilium commodarunt Varrentrapp et von der Ropp huius doctrinac et artis facile inter nos principes; nec non animo strenuo et candido quo excellit opem mihi tulit vir experientissimus Henricus Reimer regius rerum ad archea attinentium consiliarius.

Ipsis monumentis pauca sunt quae praemittenda esse videam. Belli funestissimi tricenarii, quod totam fere Germaniam devastavit, pars fuerunt et tamquam emblema turbae illae Hassiacae quibus inter lineas Cassellanam et Darmstatinam simul de hereditate et de confessionis Christianae forma et symbolis decertatum est. Mauritius Landgravius Cassellanus turbulentior animo Calvinianam religionem cum vi ac violentia civibus evangelieis et alibi et Marpurgi obtruserat. Consectarium fuit ut per aulae Augustae edictum imperiale magna pars provinciarum Mauritiu ab iudicaretur itaque factum est ut ipsum Marpurgum oppidum anno 1624 ei eriperetur et Hassiae Darmstatinae adscriberetur, isque iam tum verus academiae Philippinae finis fuit et exitus; quippe quae per spatium annorum 1625—1647 ipsa iubente landgravio Ludovico V professoribus Giessensibus Marpurgum traductis in Darmstatini nominis academiam conversa sit et immutata, restituta autem fides Lutherico ritu evangelica. Interim Cassellis Guilelmus V Mauriti filius scholam aenulam, sed reformatae fidei, constituit quae tamen inter annos 1633 et 1652 vix aegreque increvit, florem non tulit neque auditores adepta est nisi paucos<sup>1)</sup>. Marpurgensem autem professorum aliqua pars Ludovico se subiecerat Darmstatino principi plurimi Cassellas se transtulerant. Mortuus est Guilelmus V. Tunc domina Amelia Elisabetha vidua magnanima per aerumnas Hercule dignas id perfecit ut lineae Cassellanae amissa fere dominia omnia et possessiones restituerentur. Id confirmatum est per instrumentum pacis clarissimae Osnabrugae conclusae, quae Guestphalicae pacis nomen tulit. Tunc etiam Marpurgum recuperatum. Atque iam anno 1650 de restauranda universitate Ameliam dominam consilium cepisse annales ipsi memorant quos infra expressi p. 9<sup>o</sup>; illa tamen rem infectam reliquit, filio imperium tradidit eodem anno, isque filius nomine Guilelmus VI mox id quod mater destinaverat executus est. De loco diu est dubitatum. Cassellae, Hersfeldia, Marpurgum renovandi decoris Musarum domicilium sibi adrogabant. Vicit tandem pia almae matris Philippinae

1) Cf. W. Falckenheimer „Die Angaben und die Matrikel der Universität Kassel“, in Zeitschrift des Vereins f. hess. Geschichte und Landeskunde, N. F., tom. XVIII a. 1898.

2) Error factum est nimurum quod E. L. Th. Henke in luenbrationis elegantis cui inscripsit „Die Eröffnung der Universität Marburg im Jahre 1653“ p. 12 Ameliam Elisabetham iam anno 1640 id sibi proposuisse narrat et ita quidem narrat ut ad ipsos hos annales academicos provocet. Ceterum ne Kornmanno quidem res ignota fuit; vide eius p. 7.

memoria quodque Philippus Marpurgi considerat, ibidem iteratum est valentibus etiam tum privilegiis Carolinis.

Inaugurata academia est die 16. m. Iunii anni 1653 panegyri splendidissima, proximis diebus etiam „doctorales in iure et philosophia actus“ sunt subsecuti, quam rem eum cura enarravit testis oculatus Joh. Hartmannus Kornmann, i. u. doctor, moralium civiliumque professor ordinarius, in libro eodem anno divulgato cui inscriptum est: „Hypotyposis Paliorum academiae Marpurgensis“: ubi impressae inveniuntur Landgravii ipsius litterae quae vocantur patentes Germanicae et eius consiliariorum ad festum agendum invitatio et pomparum descriptio et comitum baronumque qui adfuerunt enumeratio et orationum tum habitarum omnium contextus plenus. Ex Körnmanni largo thesauro copias sibi prompserunt viri recentiores qui easdem res gestas descripserunt K. W. Justi in opusculo „Die Vorzeit, ein Taschenbuch für das Jahr 1826“ p. 84 sq. et E. L. Th. Henke in „Die Eröffnung der Universität Marburg im Jahre 1653“ (ed. Marpurgi a. 1862). Ceterum dignus est qui conferatur Henricus Heppe „Kirchengeschichte beider Hessen“ tom. II (ed. Marpurgi a. 1876) p. 91 sq. et praeter ceteros ipsius Christophori Rommel „Historiae Hassiacae“ tomus IX p. 160 sqq.

Leges novas academicas generales cum facultatum statutis eodem anno 1653 auctore Guilelmo VI promulgatas in quibus prudens animus consiliarii Cassellensis Joh. Henrici Dauberi agnosceitur, typis tradidit C. Julius Caesar sui saeculi annis 67 et 68. Professoribus autem Marpurgensibus ius atque officium docendi ea sane condicione mandatum erat a domino Guilelmo, ut religioni reformatae quam vocare tum fere consueverunt, toti se addicerent. Rigor tamen huic confessioni tum maxime demptus est et mitescere coepit ardor litigandi nec iam prorsus intolerabilis esse videbatur qui diversa profiteretur. Quae pax sive placabilitas quod in Hassia orta est inter orthodoxos, effectum id est per clementiam principis impulsore Johanne Crocio viro laudatissimo nec illo satis laudato<sup>1)</sup>.

Idem Crocius theologiae professor primarius a. 1653 instauratae academiae primus rector nominatus est, quin etiam productus ab eo honor per biennium. Quo iam rectore annales cum novo prooemio, quin etiam in universitatis albo invenimus catalogi annorum 1653 et 1654 conscribi coepti sunt qui sequuntur. Ego vero ut volumen idoneum complerem, indidem etiam anni 1655 catalogum adiciendum curavi.

Tabularium academicum Marpurgense, depositum in archivi regii palatio huius urbis, custodiendum ordinandumque benigne suscepit eiusdem archivi princeps et moderator Gustavus Koennecke vir humanissimus et sua in arte unicus. Ibi in tomo chartaceo uno

1) Cf. e. g. F. E. Claus „Johannes Crocius“, Marpurgi a. 1857.

maximae formae signato *II Nr. 12* annales annorum 1653—1867 leguntur, in altero eiusdem ambitus sub nota *II Nr. 8* nominum indices qui sunt annorum 1653—1789; et hic quidem titulum prae se fert: „Album academiac Marpurgensis“ eqs. (infra p. 27). Quae quoniam apographa non sunt, sed idiographi instar habentur, scripturac equidem fere nihil mutandum mihi esse existimavi, sed orthographiam<sup>1)</sup>) et ipsam adeo interpunctionem quamvis molestiorem sedulo retinui.

Annales antem codicis *II* Nr. 12 minime pleni sunt; immo res gestas enarrandi officium rectores sive prorectores speverunt multi hiantque anni neglecti in ipso codice paginis multis scriptura vacantibus. Ita iam anni 1655 sequentes deficiunt, relatum est de a. 1696, sequitur charta virgo amplissima sive interiecta vacna folia viginti quinque, rursus relatum est de a. 1714, dein de 1725, atque ex eo fere tempore landabile institutum maiorum resuscitari et diligentiore cura observari videamus, ut modo parcius modo fusius quae notatu digna videbantur litteris mandarentur et eriperentur oblivioni posteriorum.

1) Compendia scripturae dissolvi varissime obvia neque fere nisi in vocalis enim et autem.

Datum Marpurgi d. 22. m. Ianuarii.

Theodorus Birt.

ANNALES  
ACADEMIÆ MARPURGENSIS  
ANNO AERIS CHRISTIANI

M.D.XXVII.

ab

Illustrissimo principe ac Domino, Domino PHILIPPO

dicto MAGNANIMO. Hassiae Landgravio etc. etc.

Principe ac Domino nostro clementissimo.

FUNDATAE.

Nunc verb

ā

Serenissimo atque celsissimo principe ac Domino, Domino

WILHELMO SEXTO,

Hassiae Landgravi, Principe Hersfeldiae. Comite Cattimeliboci,

Deciae, Ziegenhainae, Niddae ac Schaumburgi,

Principe ac Domino nostro clementissimo

RESTAURATÆ

Die 16. Mensis Junii

ANNO

Recuperatae per CHRISTUM Salutis

M.DC.LIII.

## ANNALES ACADEMIÆ MARPURG:

## PROOEMIUM.

Illustrissimus Princeps ac Dominus, Dominus MAURITIUS Hassiae Landgravius Academiam, quae MARPURCI erat, non minus, quam oppido et totâ superiori Hassia, quam ex Patrui Dn. LUDOVICI Senioris Landgravii testamento tenebat, exciderat, dum sub armis ligisticis Hassia Orthodoxa, cum magna Germaniae parte, gemit, dissensionibus, quibus duae Hassiacae lineae, multis jam annis periculose fuerant distractae, per Dei gratiam amica transactione consopitis, sanciebatur Academiae communio. Sie sanciebatur, ut si ea deinceps displiceret, LINEÆ DARMSTADINÆ LANDGRAVIUS Academiam seorsim in sua ditione erigere et eam in rem GIESSENSIBUS privilegiis uti, LINEÆ verò CASSELLANÆ LANDGRAVIUS vetera CAROLINA privilegia à PHILIPPO MAGNANIMO olim impetrata retinere, ac in suo territorio, ubi, et quando libaret, posset Universitatem instituere. Communio cùm gravibus de causis non placebet Principibus, utrinque de Academia in suo territorio erienda cogitare cooperunt. Et quidem Carolinis privilegiis CASSELLAS tralatis, et de personis vocandis, et de loco deliberatum. Illustrissima AMELIA ELISABETHA, regens et titrix mox ab initio in Interioris Hassiae Metropolin, ubi Maritus Illustrissimus GUILIELMUS V. Landgravius hodie eacles, scholam aperuerat, inclinare visa. Et sanè jsm anno quinquagesimo, dies Augusti prima inaugurationi designata dicebatur. Non deerant, qui pia consilia sufflaminarent, quod etiam laudatissimo Principi GUILIELMO V. acciderat; qui cùm anno vigesimo nono Cassellis Academiam erigere decrevisset, fundabat demum et inaugurabat anno trigesimo tertio. Inde optima Princeps, patriae Mater benignissima superstes rem non conseruit. In euram successit illustrissimus filius GUILIELMUS SEXTUS, qui per suos cam ad rem deputatos et consiliarios viros delegit, quorum usus esset, in Academias juventute docenda, et media conquisivit Academiae dotandae conservandaeque necessaria: Veteres enim redditus tantis faciendis sumptibus non sufficiebant. Conditæ leges, et quidem tum communes toti Universitati, tum speciales, quae singulis Facultatibus proponerentur. Omnibus in antecessum, ut haec ferunt tempora, paratis, de loco in quo Academia fundaretur, deliberatum est. Optabant Cassellae, quae Professores Marpurgi, inter arma ligistica abdieatos, receperant difficilimo (*sic*) tempore: Optabat Hersfeldia sibi concedi hoc palladium, rebus jam in Imperio nesciisque pacatis. Verum Marpurgum et enixissimis suis precibus, et ordinum in comitiis congregatorum intercessione supplice obtinuit.

Inde anno quinquagesimo secundo, qui Cassellis degebant, designati Professores in praeludium Academiae futurae Marpurgum ire, et cum iis, qui Marpurgi conducti erant, se conjungere jubebantur, excepto Johanne Crocio, qui docere pergebat Cassellis publicè privatimque. Collegiis aliqua parte, pro temporis ratione reparatis, lectionum et exercitiorum decernitur promulgaturque exordium mense

*fol. 3 r.* Novembri anno quinquagesimo secundo. Quinquagesimo tertio inaugurationi solenni dicta dies Junii decima quarta, illuxit sexta decima. Pridie in urbem venerat Serenissimus et Illustrissimus Princeps, ut interesset inaugurationi | exceptus eo nomine in aula à designatis Professoribus verba faciente Oratore ac Historicō Johanne Guernerero Geisio. Inaugurationis initium à sacra concione fieri placuit, ad eam audiendam omnes Professores ex Academicō Consistorio rhedis in arcem adducabantur. Finitis sacris Illustrissimus cum omnibus ad hanc solemnitatem evocatis in Auditorium Iectorum ad Lanum descendebat, sequentibus eum et mediis inter ductores incedentibus Professoribus. Quam splendida fuerit pompa hic referre non ducitur operae pretium, plenam descriptionem exhibent Academiac Palilia, quae in Bibliotheca reposita memoriam totius solemnitatis ad posteritatem, si quae futura est, juvendam conservabant.

Professores hi erant JOHANNES CROCIUS designatus Rector; D. SEBASTIANUS CURTIUS S. Theologiae Professor, ac rei Stipendiariae Ephorus. D. JOHANNES BREIDENBACH, Juridicæ Facultatis Antecessor; D. JOHANNES KORNMANNUS, Juris Canonici Professor; D. ERICUS GRAVIES, Professor Pandectarum; D. JOHANNES KLEINSCHMIDT, Institutionum Professor; D. JOHANNES TILEMANNUS Mediens Primarius. D. CHRISTIANUS FRIDERICUS CROCIUS, Medicinae, itemque Graecæ et Orientalium linguarum Professor; GREGORIUS STANNARIUS, Logieac, Metaphysicæ et Physicæ Professor. JOHANNES GUERNERUS GEISIUS, Orator et Historicus. JOHANNES HARTMANNUS KORNMANNUS Moralium Civiliumque Professor. CAROLUS LOMBARDIUS Philosophiae Professor Extraordinarius.

*fol. 3 r.* Illustrissimi Principis nomine inaugurabat Academiam Vir Nobilissimus et amplissimus Dominus JOHANNES HENRICUS DAUBERUS, ICtus, in Secretori Senatu superiori Appellationum judicio, et ecclesiastico Consistorio Assessor, | is gravi simul, ac nervosâ oratione habitâ RECTOREM declarabat JOHANNEM CROCUM, eique tuu Carolinum privilegium, tum Principalium privilegiorum diploma tradebat, nūa cum Seeptris, Matricula, Legum statutorumque Codice, Sigillis duobus, Clavibus Consistorii, Archivi, Bibliothecæ, Carreris. Acepit omnia, et custodivit. Officium, quod diu multumque sed frustra deprecatus erat, demandatum, summâ se fide administraturum esse, publicè promisit. Vix finierat orationem Rector, cum Oppidanus Secretarius, in medium progressus Sereniss. Principi nomine Senatus et populi Marpurgensis pro hoc palladio, ex quo publica civitatis salus pendet, clementissimè reddito, gratias ageret devotas, et calidis votis publico inaugurationis actui finem imponeret. Jude relictis sub custodia Rectoris insignibus, quae Illustrissimus Princeps extra-denda curaverat, redibatur in arcem, cā pompu atque ordine, quo ventum erat: ubi epulum in majori aula paratum erat omnibus præsentibus amplissimum.

SEQUUNTUR JAM ORDINE SUB  
HOC MAGISTRATU QUAE CONTIGERUNT

ÆTIOMNHMONEÝTA.

ANNO à Nato Christo MCDLIII.

JUS CIVITATIS ACADEMICAET JURSIDICTIO.

Oratione inaugurali à D. D. Curtio die 20. Junii habitâ, finitâ in Consistorium Academieum duo venere Consiliarii DN. JOHANNES VULTEJUS Cancellarius, et DN. DAUBERUS. Cum Dominus Cancellarius voluntatem Illustrissimi Principis explicasse, Rector, datâ dextrâ, promisit se officium Rectoris facturum esse fideliter, vi juramenti, quo jam pridem Illustrissimo Principi fuerit obnoxius; De hinc Professores qui Cassellis ante hac docuerunt, et professorium praestiterunt juramentum, similiter dextrâ porrecta, promiserunt se facturos officium sedulo et fideliter, nominatim D. Ericus Gravius, D. Johannes Kleinsehniet, M. Gregorius Stannarius, et M. Joan Guernerus Geisius, reliqui professorum juramentum à Syndico paelectum, praesentibus Consiliariis, verba paeente Rectore praestiterunt, nominatim D. Sebastianus Curtius, Theologus, D. Johannes Breidenbach, D. Johannes Kornmann Jcti, D. Johannes Tilemannus, et D. Christianus Fridericus Crocius, Medici, et D. Johannes Hartmannus Kornmann practicae Philosophiae Professor.

XXVIII. d. Jun. Paedagogiarcha refert, quod Lutherani Parentes de Lutheri Catechismo quaerant, an ille suis filiis in Paedagogo sit permitendum, responsum est, permitti quidem posse, fol. 4 r. sed non doceri debere, nostrum proponendum | nostratis: Pueri Lutherici audiant nostros examinari, et de iis etiam respondeant interrogati, quae non sunt controversa.

XXV. d. Jul. Cum superiori septimana à Consule peterem de praefecto exenbiis, quis esset hodie constitutus, negabat constitutum, quaerenti de Vicario, idem datum est responsum. Cum verò Academia eo carere non possit, et ante hac ordinarium dederit salarium, evocavi oppidi Scribam hoc fine, ut cum eo hac de re conferrem, comparuit, et compellatus respondit, more veteri esse receptum, ut Academia praefectum exenbiis constituat, penes Senatum urbis, ut salarium det excubitoribus, quos praefectus delegerit. Si igitur Academia constitutat praefectum, Senatum non defuturum suis partibus, quaevis de subjeeto, nominavit, eodem igitur die evocavi praefectum foro, et sciscitatis sum, num ipsi placeat hanc suscipere praefecturam: Cum ante-hac duo officia gesserit unus, sese eo excusavit, quod suum officium jam multo sit pluribus oneribus gravatum quam antecessorum. Nominat autem Greiffium, cohortis equestris quondam Magistrum.

I. d. August. Greiffius ante hac turmae equitum Magister suam mihi declaravit mentem, quod excubiarum velit praefecturam suscipere ad annum, idque dextra data promisi stipendium, fol. 5 r. quod olim solvi est solitum, id est triginta florenos, juxta ordinationem principis monetariam in 26. alb, hoc ego dedi ei negotii, ut cum consule agat de constituendis excubitoribus, quod se facturum promisit.

XIII. d. August. Ad Praesidem jussu Senatus Academici missus D. D. Graffius Syndicus, qui referat, quod Rector à Consule et Senatu de Praefecto excubiarum quae siverit, cum non constitutum andiret de ejus Vicario, cum nec illum esse designatum nec illas excubias, rogaverit, ut constituent praefectum et excubias, Academiae nomine promiserit praefecto salarium, quod responderit Senatus per oppidi scribam, praefecti constitutionem non esse penes Senatum oppidanum, sed Academiam, inde petierit aliquem nominari, ad praefectum foro miserit, qui cum recusaret, et Greiffium commendaverit: Cum D. D. Kermannus illi approbaret et senem illum, molae scribam per senectutem non sufficere judicaret, vocaverit Rector Greiffium et se scitatus sit, an velit suscipere officium, qui prouiserit, se responsarum intra triduum, cum hoc fieret, et suam operam polliceretur, Rector ei salarium promiserit; Cum vero Senatus excubitores duos à Greiffio selectos jure jurando obstrinxerit, alios non pergit constitutere, peti à Praeside, an velit hae de re cum Senatu agere, respondit referente Syndico, audito Greiffio, ejusque antecessore constare, quod penes Principem sit constitutio praefecti, quippe qui illi det salarium, nec licero exequi, nisi conscientia regimine, quod et sic antea consueverit, quamvis Rectore ignaro. Ideo se eam collegis prohibuisse, ne quicquam tentaret: Se autem et Collegas paratos esse hac de re cum Rectore conferre, hoc factu posse de excubitoribus dispiet.

*fol. 5 v.* XXIV. d. August. promulgavi rei stipendiariae ordinationem in Philosophico auditorio. Praesentibus Decano, Examinatoribus et Ephoro, rei stipendiariae Oeconomio et Praeposito, paelecta ordinatio, omnes ac singulos ad officium diligenter faciendum, sum hortatus.

XXV. d. August. Habitationem Ephori visitavimus, et quaedam conclavia Stipendiariorum in collegio Pomerii, ubi deprehensum, quod Ephorus jam duo oecupet hypocausta, quae olim majorum habitationi fuerint destinata. Confectum plenum inventarium.

XXVI. d. August. Continuata est visitatio hypocaustorum et cubicularum studiosorum, confecto inventario. Itemque D. Christiani Friderici Croci, habitatio inspecta, et omnia annotata quae in ea ad Academiam pertinent, itemque Bibliothecae locus.

*fol. 6 v.* VII. d. Octobr. Venit quidam miles, et significavit, se ante aliquot septimanas praefectum esse excubis à Dominis Consiliariis, et jussum me accedere, ut ab Academia recipiatur, respondi, me accepisse hoc à consiliariis, itemque formulam juramenti, verum hanc mihi non sufficisse, cō quod pars officii necessaria sit omissa. Nam ante excubis praefectum delmissem evocatum à Rectore, et exequi sententiam latam, si qui nolunt poenae se subjicere. Excipiebat id ante hac non fuisse usitatum, regessi, imò fuisse nostro tempore usitatum, et absque eo non esset, cur nos alamus praefectum dato stipendio, me anno vigesimo evocasse praefectum, qui Studiosum ad Carcerem deduxerit, regerebat, excubitores esse opifices, qui pro singulis noctibus accipiunt, quatuor obulos, interdiu debere artem suam exercere. Esto, inquam Ego, Elumbis sit praefectus, qui solus non possit inormem deducere. Me non recipere, nisi exequi teneatur vi juramenti nostram sententiam. Id debere, jam esse decisum ab Illustrissimo Principe in resolutione, cuius verba ipsi praelegi.

IV. d. Novembris. Convocavi Decanos, illisque proposui, quod praetor nuper invasit D. Beckeri aedes, vi armata, quae sivit Bötticherum, inspecto vulnere, Pedelli, quod lethale non esset, omnes intelligebant, quae sivit in publico diversorio ad insigne albi equi, inspicit omnia conclavia, cubicularia aperire iussit, in quibus diligenter quae sivit, an sub lecto latitaret, post reversus domum D. Beckeri omnia vasa studiosi obsignavit, cum hoc actu laessa sit gravissimè jurisdictio Academica, quaeritur quid sit faciendum ad jus Academicum?

IX. d. Novembris. Allatum Illustrissimi Principis mandatum, cum collecta instituenda supersedere non possit, eō quod omnia Collegia in Comitiis, tum propter Succos, tum propter Lotharingum decreverint, debere et Professores de suis propriis et Academiam de bonis collectae obnoxiiis, colligere tributum, idque de singulis centenis florensi Schreckenbergerum, et mittere receptoribus supremis Treisam, ante 28. d. Novembris. Inde jussus est Oeconomus una cum

Dn. Syndico in archivio inquirere, an fundatum summae, quae Academiae assignata est, inveniatur,  
*fol. 6 v.* aut etiam quando primum ea summa, de qua tributum dedit, sit designata; Num sub Mauritio, num antea.

XII. d. Novembris. In senatu Academico lectum est Illustrissimi mandatum de collecta,  
 quod allatum d. 9. Novembris. Majoribus votis conclusum est et judicatum, quod ad Illustrissimum  
 Principem sit scribendum, quod praetor vi armata quæsicerit Bötticherum.

#### PROFESSIONES.

Illustrissimus Princeps satis maturè Cassellis decreverat orationes inaugurales minimum  
 quatuor haberi debere juxta Facultatum numerum. Perorandi officium demandatum erat D. Curtio,  
 in Facultate Theologica: D. Kornmanno Sen. in Juridica; in Medica D. Tilemanno: in Philosophica  
 M. Johanni Guernerio Geisio, oratoriae et historiarum Professori. Inde XXI. d. Jun. D. Curtius de  
 Dei providentia circa Ecclesiæ incrementa et decrementa in auditorio ad Lanum peroravit.

XXII. d. Junii D. Joan Kornmann Senior, inauguralem habuit orationem, nomine Facultatis  
 Juridicae, de Academia illustri, illa literarum Marpurgensibus iterum aperta officina. Die sequenti,  
 qui vigesimus tertius Junii D. Johannes Tilemannus Medicorum nomine dixit de Medicinae in-  
 stauratione; restabat, ut Philosophica Facultas ficeret officium.

XIII. d. Julii D. Curtius in auditorio ad Lanum inauguralem disputationem habuit.

XX. d. August. In auditorio Theologrum pro loco in Facultate Theologica D. Curtius  
 disputavit.

*fol. 7 r.* XXIII. d. Novembris. Horâ nona matutina D. D. Conradus Theodorus Lincker, Professor  
 Medicinae atque Oratoriae constitutus orationem habuit inauguralem, quâ ostendit has artes seculi  
 hujus felicitate ad perfectionem assurgere, et ab exordio Academiae fundatae Marpurgi egregie  
 viguisse: dixit eruditè et eleganter.

#### DISCIPLINA.

Edictum Princeps Serenissimus severum contra penalismum die 26. Sept. Ao 1653 promulgavit.

Programma item publicè propositum contra penallitias vexationes à Senatu Academico  
 d. 7. Septembris 1653.

XV. d. Decembris Examen Stipendiariorum est habitum, praesente D. Ephoro et Philosophis.

#### HONORES AC PROMOTIONES.

XVIII. d. Junii. Illustrissimus Princeps per Eulalium Secretarium significat Rectori, stare  
 sibi sententiam, quod omnes Professores, etiam Philosophi gratum debeant suscipere, id quod in  
 Consistorio Philosophis publicè indicatum est.

XX. d. Junii. Dn. Johann Hartman Kornman à Dn. Johanne Breidenbachio, Juris Professore  
 primario, Doctor utriusque juris, at Dn. Gregorius Stannarius, Dn. Johannes Guernerus Geisius et  
 Dn. Carolus Lombardius, Doctores Philosophiae, quos Magistros vocant, à Rectore sunt creati, actum  
 sua praesentia illustrante Princepe Serenissimo.

#### FUNERA.

*fol. 7 v.* Calend. Decembris. Johannes Michael, Dn. Christiani Friderici Crocii Medicinae et linguarum  
 Orientalium Professoris filio ius terrae, communī matri more Christianis solenni, in spem resur-  
 rectionis redditur.

#### OECONOMICA.

XVIII. d. Novembris in Senatu Academico decretum est, pro siliquine et avena D. Professoribus  
 ab Oeconomō solvi debere pretium.

fol. 8 r.

ANNO MDCLHII.

Calendis Jan. Reectoratus juxta Leges erat deponendus; ast Illustrissimo Principi placuit, ut provinciam semel impositam certis de causis per annum continuarem. Celsitudo hanc suam mentem declaravit literis ad Academiam clementer datis. Etsi continuatio molestissimè mihi accidat in hac ingravescente aetate, voluntati tamen Principis refragari nolui, sed bono cum Deo continuabo functionem, quantum per vires et aetatem licebit, Deus pro immensa sua gratia clementer nobis adsistat, ut omnia in ipsius gloriam vergant.

Decani Facultatum

D. Crocius Sen. Theologus,
D. Graffius I.C.
D. Tilemannus, Medicus.
M. Stannarius, Philosophus.

## JUS CIVITATIS ACADEMICA ET JURISDICTIONIS.

IV. d. Jan. Praetori misi artielos defensionales, et Academise nomine petii, ut testes examinet, idque praesente Heimbachio Notario, quem velimus adjungi. Per Academiae Ministrum respondit, se testes examinaturum, de Adjuncto rogaturum Consiliariorum sententiam. Circa meridiem per snum ministrum respondit, se crastina die examinare velle testes, officiali a. Principis jurato aliquem adiungere non esse receptum more. Regessi, me hâc de re cum Dn. Professoribus communicaturum, seire autem quod Cassellis adjunctio obtineat.

Ante meridiem D. D. Kornmannus innor per Pedellum significabat, Consiliarios petuisse, ut ad se veniret in Dicasterium, colloquii causa, respondi, non esse, cur iret, si Consiliarii cum Professore aut Studiose velint colloqui, debere id Rectori significari, qui mittat; cavendum esse, ne evocatio cedat in Academiae praejudicium.

fol. 8 r.

XXI. d. Jan. Praelectae Illustrissimi Principis literæ, quibus mandat, ut ex diariis et protocollis, atque aliunde cognitos actus mittamus annotatos, nide pateat, Au, quomodo et quatenus Academia Praefecti exhibiarum opera sit ante haec in exceptione sua, ut possit definitius declarare, quid deinceps fieri debeat.

XXVI. d. Jan. Nenseliani Studiosi offerunt literas Dn. Ulneri, quibus significat, se à Praetore peregrè profecto substitutum esse ad audiendos testes super defensionalibus à Studiosis oblatis, et ipsorum interrogatoriis, inde citat, ut crastina die in Dicasterio compareant per se vel per alium ad videndum jurare testes. Idem significavit Pedello admissum iri adiunctum ad partis petitionem, modò sit publicus Notarius et non sit ex Professorum numero. Pedellus non jussus cum adiit, cum ad Hersfeldum esset missus. Adiit autem cum nondum mihi constaret de citatione; Citatio visa mihi alienior, cum potius Rectori debuisse significare qui citaret; quemadmodum nuper Dn. Consiliarii, cum Cellarius esset obligandus juramento, petierunt per scribam Köhlerum, an velim partes citare, ut sequenti die in Dicasterio videant testem jurare. Misi igitur literas Syndico D. D. Gravio hodie Decano Facultatis Juridicae, ejusque expetii judicium, qui respondit, citationem eo nomine fieri non debuisse, id quod possem Dn. Ulnero indicare per Notarium.

XXVIII. d. Jan. Dn. Heimbachium Notarium evocavi et petii, adiret D. D. Ulnerum, eique significaret, quod citatio ab ipso facta à Rectori censetur aliena, nec in jurisdictione fundata, adeoque meo et Academiae nomine illi contradicat, et protestetur, quod in praejudicium Academiae cedere non debeat; Addat autem si, quod nuper fecerint Dn. Consiliarii, mihi significetur locus et tempus me citaturum esse studiosos et jussurum ut se sistant.

Notarius paulo post reversus dicit, D. Geisselium sibi obviam factum, cui retulerit, quid haberet D. Ulnero significandum; illum respondisse, quod Commissarius potestatem habeat studiosos citandi, ad quorum interrogatoria testes sunt audiendi, et juramento obligandi: se habere eam in

rem praejudicia, quod nuper significaverint per Scribam, cum Cellarius tanquam testis à Studiosis factus esset juramento obligandus, an vellet monere partes litigantes, ut postridie in Cancellaria videant testes jurare, id factum esse, quod non nosset partes; Addit Notarius inde se Ulnero nihil significasse, cō quād nolit se controversiae immiscere, si quae Academia habeat cum Consiliariis aut aulico Dicasterio. Mirum Dominum D. Geisselium allegare voluisse, quod non novisset studiosos, qui fuerint citandi, nam erant eorum nomina subscripta, qui articulos contra Wezelium obtulerant; Erat Wetzelii nomine expressum, et an magis Neuseliani noti quam accusatores Wezelii, aut ipse Wetzelius, qui in Secretarii Hameri aedibus habitat.

IV. d. Februar. Dn. Ulnerus missā schedā petit thalerum pro examine testium à Neuselianis Convictoribus, schedā mihi redditā, respondi, differrent solutionem.

VII. d. Febr. A Praetore petii, ut attestations testium ad Interrogatoria Neuselianorum Convictorum tandem communicet obsignatas, respondet, se D. Ulnero commisisse examen, cum Cassellas esset proficisciendum. At ego ab eo nolui petere, quod is citando studiosos ad videndum testes jurare jurisdictionem Academiae violari, nullum enim illi jus, sive per se sive à committente est in Studiosos.

XXIV. d. Febr. Cum Interrogatoria Neuselianorum ad Studiosorum quorundam tumultuantium articolos defensionales missa essent ad Praetorem, probatorii articuli partim ab aliquibus studiosis, partim à Lutizio contra Fran. Wetzelium essent missi Dn. Consiliariis, ut testes super illos audiantur, examen corum, qui non sunt immediatē sub illis commissum D. Ulnero, qui scriptis literis citavit tum Neuselianos tum Lutiz, tam alios Studiosos, quo actu cum violaverit Academiae jurisdictionem, et Notarius non expediverit mandatum Rectoris, à quo jussus erat, D. Ulnero Academiae nomine contradicere et contra hunc actum protestari, quaeritur, an non juris tuendi causa adhuc mittendus sit, aut si tergiversetur, requirendus ut ratione officii cogatur, id in se recipere, ut silentio actus ille praejudicialis approbetur.

XXV. d. Febr. Notarins Heimbach ist gefordert, vnd ihm vorgehalten, ob er sich zum Notario noch wohl bestellen lassen wolte, antwortet, Ja, er wolle sich bestellen lassen, vnd wan die Universität etwa gegen die Cantzley oder Hoefgericht streit hätte, das er darmit nicht beladen würde, Drauf ist ihm angezeigt, daß die Universität mit den Collegiis in Keinem streit stünde, hoffe auch man würde in Keinen gerathen, doch da etwas entstehen sollte über Zuversicht, so würde er sich nicht beschwehren, Ihnen, nachdem die sache sein würde, eine anzeigen wegen der Universität zuthun vnd wan er als ein Notarius requirierte würde, so müste ers Ja amtswegen thun, hat also den Notariat angenommen, vnd treu zu sein Reectori versprochen, in aller H. Professoren nahmen, darauf er bestädtigt, der gewöhnliche soll verijrochen, vnd denselben zu zahlen dem Oeconomio befohlen werden.

fol. 10 r. Nachdem gestern im Rath beschlossen worden, das man der Citation eßlicher Studenten, welcher D. Ulner sich angemasset, durch Notarium vnd Zeugen wieder sprechen, vnd dagegen protestiret werden soll, als ist dieser Notarius nebenst dem Oeconomio vnd Buchdruckern zu dem eude ahd H. Ulnerum geschickt, das er seiner neulichen gehanen Citation in der Universität nahmen wieder spreche vnd dagegen protestire, mit dem anhang, wosfern er sich etwa entschuldigen würde, daß er ihn vñ solches frage, auf weichen Befehl er solches in ea formā gehan habe? Hatt solches verrichtet, vnd sagt zu seiner rückfunft: H. D. Ulnerus habe geantwortet, er habe auff Fürstl. Cantzley commission gehan, was er gehan habe, dan diejelbige Ihm das examen vgezogen, vnd seye ihm auch ein Formular der Citation in H. Vulteji S. Haus zugestellt, bero er nachgangen, vnd er habe es nicht proprio motu gehan, hoffe nicht, das mans ihm übel auffnehmen werde, vnd werde auch Fürstl. Regierung, so ihme dieses vgetragen, ihn darben zu schützen wissen. Nachdem hiebevor in dergleichen fällen von der Universität eives, auch immediatū, citirt worden sint, so hatt man sich diesalb paris juris gebrauchen wollen; Zeigt Jonst auch ahd, daß Ihre Magnificentz, dieser Citation vorhin wohl wißent gehabt, auch einen adjuncatum beysezgen wollen, vnd Sie dartzu stillgeschwiegen.

VII. d. Martii. Archivum inspectam, et quae ad rem Academiae faciunt; Res illa commissa D. D. Graffio, D. Stannario, D. Kornmanno jun. hodie etiam adfuit D. Geissius et Rector.

XIII. d. Mart. Salomon Schadewitz Typographus in concessu Dn. Professorum praevi severa admonitione praestitit juramentum.

Der Buchdrucker sagt, es habe M. Weigant Meneke ihm ein Privilegium vorgezeigt, das D. Jungman auf seine Söhne von der Fr. Wormünderin erlangt habe, vnd ihm nicht gestatten wollen,  
fol. 10 v. das er dieses ortho weder den Haberman, noch Evangelia, noch | neues Testament vnd andere alten-  
halben gebrechliche bücher tragen solle, bittet ihm die Hand zu bieten, das er alhier solche vnd andere  
Bücher tragen möge.

Sebald Möhler sagte, von seiner Fürstl. Gnaden habe er allein ein Buchladen alhier anzustellen, privilegium erhalten, darauf er den Laden geöffnet vnd einem andern dessen Verwaltung offgetragen, der gestalt, wan in Frankfurt ein Buch einen fl. taxirt werde, daß er ihm darvor alhier einen  $\frac{1}{2}$ . Pftr. lassen solle oder 15. Schillinge. Stelt bey die Universität, was Sie dem Verwalter von denen übrigen fünf Schillingen vor seine mühe zuerkennen wolte, verpflichtet sich dagegen, das er so wohl jede Messe, als auch zwischen den Messen Sie mit nottußtigen Büchern versetzen wolte, vnd was von einem vnd andern Buch nicht eben bald vorhanden, das wolle er vff Bescheinigung andenten innerhalb 14. tagen schaffen.

XVI. d. Martii. Herren Räthe sagen durch den Cangley Schreibern Clementen, Sie hetten von seiner Fr. Gnaden gestern Pefehl empfangen, dem Wachtmeister zu befiehlen, das er die Nachtwache nun hinzuwohl ohne fernere Verzögerung bestelle und verrichte, er seye auch angewissen, das er auf erforderlich Rektoris sich einstellen vnd dem alten Herkommen gemehrt sich bezeugen sollte, könnte also Rektor sich seiner hinzuwohl gebrauchen.

Responsum, daß die Fr. Räthe das Xenige verrichtet, was S. Fr. Gn. b. sohlen, das wehre guth, vnd hette ich dagegen nichts zu sagen, nur allein, weil der Wachtmeister, als er im Herbst bey mir gewesen, das Xenige, was ein Wachtmeister vorhin bei uns gethan, nemlich gegen die ungehorsame Studenten zu execuiren, vnd Sie in gehorsam zu bringen, verweigert hatte, so könnte ich mich seiner nicht annehmen, ehe vnd bevor er sich dorthu verpflichtet, oder S. Fr. Gn. das es nicht sein sollte: Dan fol. 11 v. S. Fr. Gn. im Herbst stärlich resolvirt, das er | dorthu in seiner Bestallung angewiesen werden sollte, wie dan auch vorige Wachtmeistere bey der Universität Pflicht geleistet auch Daniel Kümmel vmb die Dienste angesucht, vnd am 16. Febr. Ao 1613. zum Versuch angenommen worden, er auch darauff in Consistorio angelobt, dan gestalt, wan er sich wohl halte, daß ihm alsdan eine schriftliche Bestallung zugestellt werden solle.

XVI. d. Aprilis. Am 12. t. Mart. sind von S. Fr. Gn. zwei schreiben einkommen, in deren einem S. Fr. Gn. sich auf das 20. t. Octobr. vorigen Jahres gethanes ausdrucken bezeugt, vnd sagt, Sie hette sich versetzen, was es uns so wohl an denen, vor die Röm. Kaiser, Maj; an verwilligten Römerzügen, als auch an den Frankenthalischen, Wedtiischen vnd Vottringischen Evacuations und Abwolligungs geldern zu unserem anteil erträgt, das wir solches abzutragen, hetten uns angelegen sein lassen, befiehlt nochmahl, solches zuthun mit angehender Verwarnung, das ank entstehung der folge, die militärische execution ergehen müsse. Der Consistor hat unterschrieben, vnd ist mit einer andern Hand darunter geschrieben. Ihr restirt an den Versabeschen geldern

381, Römer Monathen	—	98 fl. 5. alb. $\frac{1}{2}$ Hll.
Wedtiischen vnd Vottringischen geldern	—	589 fl. 3. alb. 3 Hll.

Wegen der Universität.

Item, Ein jeder Professor restirt die ganze Steuer von seinen eigenen Gütern.

An andern schreib S. Fr. Gn. welcher gestalt auf dem Rüngst zu Cassell gehaltenem Landtag unter andern Puncten der Landschulden so wohl, als anderer gelder, vnd deren abtragung halber die abrede dahin gefallen, das jährlich 2. Schredenberger, auf 2. termin, vnd zwar den 1. zu seiner Fr. Gn. behuef wegen verschiedener ansortierung, der ander aber zu Bezahlung der Land Stände selbst eigener

Schulden zur Stewr erhoben vnd gelieffert werden sollen, nuhn bleibe es nochmahl darbey, vnd zwar  
 fol. 11 r. dergestalt, dasz solche Landt Schre i denberger, so viel das quantum belangt, auf dem Schluß des alten  
 Treysischen anschlags ankommen, vnd deren gemeeß jährlich erhoben werden soll. Nachdem aber, so viel  
 die austheilung anlangt, sich bey gedachtem anschlag vielerley Klagen vnd Beschwerungen, der nuhnmehr  
 vnd noch so mercklichem verendertem Zustand vmb abgang des Landts vnd Unterthanen befindlicher  
 Ungleichheit haben, vielfältig ereugen, das auch eben deswegen, vmb der Stewr renovatur, welche bis  
 igo durch zurückbleibung der hier zu erforderlichen Specification zumahl an seiten der Ritterschaft vor-  
 nehmlich erlitten blieben, es länger anstehen zu lassen nicht geant (sic), noch verantwortlich sein wirdt.  
 So hette S. F. Gn. folgenden Beischrechten einiger maassen zu begegnen, gut besunden, vor igo vnd an-  
 fangs die Helfste ubberührter beyder Schreckenberger zu ihren vnd des Landschulden schueß erheben  
 vnd einbringen, mit der ander Helfste aber bis zu vollzogener Stewr renovatur es dergestalt anstehen  
 zu lassen, damit alßdan vnd bei erhebung desselben, das Jenige, was hierauf zu erheben, nach der aus  
 solcher Stewr renovatur fallenden parification eingerichtet werden könne. Beijet darauf die Helfste der  
 beyden Schreckenberger gen Treysa gegen den 10. t. Maii lieffern sollen, auch mit der andern also unver-  
 lossen siehe, damit hin künftig vnd so bald die Stewr renovatur ihre Wichtigkeit erlangt, alßdan dieselbe  
 auch nach dem (sic) getroffenen parification, wie ob gedacht, gehörig, ohne einige Verweilung guth thun möegen.

Eodem. Antrecht achtet sich das Lehn zu mieten oder zu empfangen nicht schuldig, begehret  
 schriftliche andwirth.

Eodem. Salomo Schadewitz, bittet, nachdem Er seine Buchdruckers Pflichte nuhnmehr geleistet,  
 fol. 12 r. daß er, wie newlich gebeten, neben anderer arbeit alßien trüßen | möge den Psalter, Evangelii buch teutsch,  
 jo dan auch lateinische vnd teutsch beschammen, Syrah, Haberman, Lobwaffer, New Testament, Heidel-  
 bergischen Catechismus vnd hiesiger Stadt gebrauchliches gesang Büchlein. Domini Professores consentimt.

XVIII. d. Maii. D. D. Johannes Henricus Danherus, Consiliarius Cassellanus ab Illustrissimo  
 Principe est declaratus Academiae Procancellarius, atque eo nomine à Dn. Reinhardo Schefflero  
 Praeside Professoribus commendatus in Academico consistorio, hoc actu praevio, duobus illis pre-  
 sentibus auditae sunt rationes Academicae.

X. d. Jun. Pastores, praetor, Consules et Senatores Allendorphenses ex aliquo tempore  
 quatuor praesentarunt Stipendiarios. Cum vero renovata Rei Stipendiariae ordinatione dubium illis  
 esset motum, an ille numerus deinceps esset concedendus, scripserunt ad Rectorem 21. d. Febr.  
 hujus anni missa transactionis cuiusdam copiā, quā promiserunt An. 1559 se quot annis in usum  
 Stipendiariorum soluturos centum et viginti Florenos, qui in quatuor imponderentur Stipendiarios,  
 adeoque in singulos triginta. Respondit Rector hodie, recentiorem esse ordinationem factam  
 13. Martii Ao 1566. sub Illustrissimi Guilielmi Sapientis et Consiliariorum tum Ecclesiasticorum tum  
 Secularium manu, qua Allendorphensis conceduntur tres Stipendiarii, pro quibus 60. solvantur  
 Floreni, et sexaginta deputantur aliendis Majoribus. Viderent igitur an velint quartum nominare  
 Stipendiariae rei curatoribus, qui fortasse adhaesuri essent ordinationi recentiori, donec aliud im-  
 petretur ab Illustrissimo Principe.

Leges Rei Stipendiariae sunt in Philosophorum praesentia Stipendiariis preelectae, à lectione  
 moniti sunt diligenter de carum observatione: Cum vero multi ex illis neglecta lege justo diutius  
 fol. 12 v. in patria haeserint, et quidem aliqui duas, alii tres, etiam aliqui quatuor septimanas ultra statum  
 terminum emanserint, ad rationem reddendam sunt evocati, qui justam rationem non poterant reddere,  
 iis poena dictata et quidem Carceris, quam luant servata proportione, paedagogicus vero debet in  
 paedagogio virgis probè caedi.

XIII. d. Jul. In Consistorio eum in Seminarium omnes consentirent, vocatus est et assig-  
 natus ei locus in paedagogio tertius, obligatus ad 4. horarum laborem, singulis diebus subeundam,  
 et obediendum Dn. Paedagogiarchae juxta leges, commendatus tandem paedagogiarchae, et hic  
 jussus eum introducere, postquam fidem suam obligasset data dextrā.

XXII. d. Jul. Senatus, hujus oppidi domunelam pro excubiis exstructam ad portam Franciscanam in fundo Academiae collocavit, ubi murus dirutus, unde non est Academiae hortus ille ulli usui. Missus igitur Notarius ad Consalem, qui Academiae munine petat, ut Senatus loco moveat domunelam et in suum transferat fundum, idque eitra moram longiorem, ut hortus possit concludi, si non muro saltem tamen palis: Notarius reversus refert, se rem totam exposuisse consuli, qui responderit. Se et Senatum agnoscere, quod fundus in quo domunela extretta sit juris Academiae, proinde teneantur loco movere, et in civitatis fundum transferre, id quod etiam facere sint parati, quod non fecerint esse à pecuniae defectu. Oppressum esse civitatem aere alieno, multa passam damna, multas esse expensas, proinde rogare, ut aliquam Academia moram ferat dixerat Consul, qui jam ante etiam per Oeconomum sit monitas Rectoris jussu, cui idem dederit responsum, hæc addita declaratione, Senatum paratum esse ad daudam reversalem obligationem, ne Academiae praecipuum iudicium erexit, sed appareat, quod Senatus teneatur loco | movere domunelam.

XVII. d. Aug. Statt Marburg füset in ihren bey dem letzten Landtage übergebenen Beschwerungen, das alle güeter, so aus dem Catastro Civico an andere corpora kommen, deme wieder inserirt, bey der Statt verschossen, vnd durch alle Reiche, Kreuz vnd Vondaulagen, worunter die Guarnisons verpflegung gehörig, wie auch frewlein stewr verhalten werde. Da aber die Xenige, so dero güeter haben, oder noch an sich bringen, dieselbige bey der Statt Matricul nicht, sondern bey dem corpore, darunter die Personen gehörig, abtragen vnd mit Unk im freitt sein wollen, würde es vnuvgreiflich dahin zurichten sein, daß solch contingent, welches dem Bürgerlichen Stock hierdurch abginge, an der Statt Quanto eingelassen würde.

Es wird guth befunden, das die Statt aus ihrem Catastro ausziehe, was vor schoffbare güter Sie haben, die den Professoribus zu stehen, so seye man vierbietig, das geschois bey der Statt abzutragen. Was die Stewren vnd Guarnisonverpflegung anlangt, sagt das sämtliche Consistorium, Es möchte die Statt die Xenige güeter, so Sie bey der Universität zu sein ernennen, aus ihrem Catastro ausziehen, vnd übergeben, damit die Professores sich drauff erklären vnd seyen Sie vierbietig, das Xenige zu verhalten bey der Universität was Sie haben, vnd könne geschehen, das solches alßdan an der Statt Stock abgehe. Wegen der Guarnison Verpflegung jene man nicht schuldig, sondern die Professores davon befreyet.

XX. d. Aug. Illustrissimus Princeps Andream Sartorium Stipendiariim constituit et Cantorem et Paedi puerilis Magistrum, assignavit pro stipendio florenos quadraginta Cassellenses, octo quartas siliginis et sex bonos florenos, juxta cameralem taxam pro hospitio, accepta assignatione fol. B3r. obligavi Sartorium ad fidem et summam dili | gentiam in administrando munere. Data dextrâ fidem dedit et diligentiam promisit.

XXVII. d. Aug. Missae à Cameralibus literae Cassellis, quibus jubetur Waltherus carare, ut Andreae Sartorio constituto Cantori Ecclesiae reformatæ et Praeceptoris solvatur annum Stipendium, id est 40. floreni Camerales, octo quartae siliginis et sex floreni pro hospitio, quid jam futurum sit, tempus docebit. Haecenus et ille et quaestor se excusavit, quod solvere non possint Sartorio, sine alio mandato, quamvis sub Principis manu exhiberetur mandatum.

XXVIII. d. Aug. Oeconomus ad consulem missus, qui adhuc semel moneat, ut excubitorum aedieulum ab Academiae fundo in civitatis fundum transferant, idque (sic) sepius debeat hortus Academiae.

II. d. Septembr. Consul ab Oeconomus compellatus de excubiarum domunela, respondit, se velle Senatui proximiè proponere ac dein Rectori respondere: Paratum se esse proxima aestate transferre, nunc vero palis sepire, ne quis possit hortum Academicum ingredi, velle etiam se scripto obligare, quod vere proximo velint id eitra moram longiorem praestare.

V. d. Septembr. Landgraff Ludwig zu Hessen thut Prälaten, Ritter vnd Landschafften des Nieder- und Ober Fürstenthums Hessen zu wissen, das J. F. Gnaden mit einem Sohn gezeugt, erfündet dieselbige zu mitgesattern, vnd nachdem die tauß albereits vorgenang, auf nächst künftigen 5. t. Novembr.

